



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

28. Executores datiui constitutio, quorum præsentiam requirat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

28 *Et ciba. leg. Sed tamen iudex hos dare non debet, nisi vocatis Et heredibus testatoris, ex quo ipsorum interest l. denuo quoq. ff. de re iudicata. Et l. nam ita diuinis. ff. de adopt. Et ista fuit opinio. Ioan. Blan. de Marfi. quam recitat Et sequitur Specu. in d. S. nunc aliqua. ver. datini. Et hæc verior videtur licet Iaco. de Are. in l. id, quod pauperibus. C. de epis. Et cle. quam refert Ioan. Andr. in addi. Spe. vt supr. patet. Commissarios datiuos non reperiri: quia nec expressum reperitur in d. l. nulli. nec in d. auth. de eccle. titu. S. sed Et quis. Nec putabat l. 3. ff. de alimen. Et ciba. lega. de execu. loqui: sed de quadam prouisione contra pluralitatem heredum illius, qui alimenta libertis reliquerat: cum executio voluntatis etiam vno heredem relicto cessare debuisset. Sed responderi posset plura esse negotia, quam vocabula: vt l. 3. ff. de præscriptis verbis. Et leges de similibus ad similia frequentius extendi consueuisse: vt l. non l. possunt. ff. de legibus, præsertim, cum tales tutoribus Et curatoribus comparentur: vt not. glos. in l. tutela. ff. de administration. tutorum. Quare viso quod testator, lex Et iudex execu-
tores*

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

cores commissarios dant atq; decernunt, con-
sequenter videamus.

Qui dari, creari atq; decerni possunt? quos
facile cognoscemus, si specialiter enumeraue-
rimus, qui fieri nequeunt, quoniam & pauci
omnes sunt. Cognito enim vno ex contrarijs,
reliquum per se facile noscitur, vt l. 1. & 2. ff.
de his, qui sunt sui vel alie. iur. & institut. de
tutel. §. 1.

† Prohibetur enim primò monachus ex te- 29
stamento laici: quia nemo Deo militans, secu-
laribus negotijs est implicandus. extrà ne cler.
vel mod. ca. 1. cum sua rubri. 16. qd. 1. c. ec-
cles. & ca. de presentium, imo nec missas de-
bent publicè dicere: vt ead. qd. c. placuit.
Item, quia quodlibet negotium est eis interdi-
ctum, etiam abbate suadente, nisi monasterij
exposcat utilitas vt 16. questione 1. monachi.
extrà de postu. c. ex parte 12. questio. 2. c. non
dicatis. Item quia ad hoc pro mortuis haben-
tur. C. de episc. & cleric. c. Deo nobis. 2. quest.
8. ca. placuit. & cap. sequenti. † Deinde quia 30
actiones ecclesiasticas siue civiles monachi
tractare nequeunt, nisi episcopus id urgente
neces-